23528

# THEATRVM HVMANAE VITAE

Theodori Zuingeri Bas.

Tertiatione

Nouem VOLVMINIBVS locupletatum, interpolatum, renouatum.

*Cum tergemino ELENCHO, Methodi ſcilicet, Titulorum & Exemplorum.*

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE DE LYON

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE DE LYON



Η ΧΑΡΙΝ Η ΣΥΓΓΝΩΜΗΝ

NON SINE PRIVILEGIO.

Baſileæ

PER EVSEBIVM EPISCOPIVM.

CIↃ IↃ XXCVI.

Digitized by Google

# LIBRI SEPTIMI TITVLORVM DISPOSITIO.

- MORS *uitæ humanæ contraria, quando ſcilicet corpus humanum animæ humanæ inſtrumentum uel*
  - Nõ *interit. Sed uel*
    - Transformatur *in aliam ſpeciem.* TRANSFORMATIO *hominis in quaſuis alias res. Puta in*
      - Animata. *Tum*
        - Animalia *bruta. In*
          - Aues.
          - Quadrupedes.
          - Piſces.
          - Serpentes.
          - Inſecta.
        - Vegetantia. *In Arbores, Plantas.*
      - Inanimata. *In*
        - Flumina.
        - Fontes.
        - Montes.
        - Saxa.
        - Statuas *ſalis.*
    - Diſparet. QVI DISPARVERE.
  - Interit. *Quæ* MORS *eximiè dicitur. Cuius quidem conſideratio latiſſimè patet, complectens ea quæ Homini eueniunt tum*
    - In *ipſa* Morte *uel*
      - Eſſentialiter. *Vide ſignum* I.
      - Accidentaliter, *ratione*
        - Loci. MORTIS *locus conſideratus*
          - Per *ſe*
            - Templa, *Aræ.*
            - Senatus, *Curia, Forum.*
            - Cloaca, *Latrina.*
            - Balneum.
            - Ærarium.
            - Fouea, *Puteus.*
            - Tugurium, *Caſa paſtoralis.*
            - Nauis.
            - Sepulcrum. *Viui ſepulcro incluſi.*
            - Carcer.
            - Gremium *muliebre.*
          - Reſpectu *eius, qui moritur,*
            - Ortus. *Mortui*
              - In *patria & loco natali.*
              - Extra *patriam.*
            - Facinoris. *Mortui in deſignati facinoris loco.*
        - Tẽporis. MORTIS *tempus conſideratum reſpectu*
          - Morientis.
            - Anno *climacterico.*
            - Natali *die.*
            - Facinoris *die.*
            - Conatus *die.*
          - Aliorum. *Vtputa*
            - Reipublicæ.
            - Cõmorientium *eodem.*
              - Anno.
              - Die.
        - Oportunitatis. MORS
          - Oportuna, *tempeſtiua, reſpectu*
            - Ætatis.
            - Felicitatis.
            - Conatus *mali.*
          - Importuna, *intempeſtiua, reſpectu*
            - Ætatis.
            - Felicitatis.
            - Conatus *boni.*
        - Cognitionis. MORTIS *alienæ cognitio*
          - Certa.
          - Incerta, *uel quia mortis*
            - Genus *incertum.*
            - Auctor *incertus.*
    - Poſt *mortem, Cadaueri humano. Vide in ſequentibus ſignum* X.

I. Eſſen-

- I. Eſſentialiter, reſpectu ſcilicet
  - Agentis, quod mortē infert. Agens conſideratur ut
    - Eſt, tanquam
      - Perſona inferens, & manifeſte agēs, quocunque conſilio, quocunque inſtrumēto. Sic interficiuntur alij
        - A ſeipſis: uel
          - Nolentibus.
          - Volentibus, moti uel
            - Immortalitatis ſtudio.
            - Legum obſeruantia.
            - Caſtitate.
            - Amore patriæ.
            - Amore ducum, Principum.
            - Fide coniugali.
            - Amore dominorum.
            - Odio coniugali.
            - Zelotypia.
            - Laboris tædio.
            - Morbi impatientia.
            - Furore, Amentia.
            - Ambitione.
            - Pudore, Ignominia.
            - Sceleris conſcientia.
            - Metu
              - Paupertatis. Ignominiæ.
              - Condemnationis. Hoſtium.
              - Principum odij.
              - Dominorum iræ.
            - Mœroris. Ob
              - Conſilium ſpretum.
              - Patriæ excidium.
              - Cladem exercitus.
              - Victoriam inimicorum.
              - Repulſam
                - Imperij.
                - Amatoriam.
                - Præmiorum.
              - Coniugem ereptam.
              - Iacturam. Æs alienum.
              - Dignitatis priuationem.
              - Captiuitatem.
              - Cædem amicorum.
              - Mortē
                - Amicorū. Liberorū.
                - Amaſiorū. Coniugū.
                - Dominorum.
              - Libros exuſtos.
              - Accuſationem falſam.
              - Odium principum.
        - Ab alijs. Vide ſignum II.
      - Inſtrumentum, quo mors ab agente infertur. Vide in ſequentibus ſignum III.
    - Agit. Mors conſiderata reſpectu modi, quo agens mortem infert, animā à corpore ſeparando. Anima impatibilis, Corpus ſolum patitur. Infertur ergo mors ab agēte per inſtrumentū certū uariis modis. Nimirum uel
      - Materialiter, quo ad ſubſtantiam
        - Solidā
          - Abſumendo. Tū
            - Exurendo.
            - Deuorādo. Deuorati ab
              - Hominibus.
              - Feris.
          - Irruendo, Opprimēdo, Rvina, Caſu necati
            - Montis. Antri.
            - Templi. Theatri.
            - Turris. Arboris.
            - Domus, Cameræ, Cœnaculi, Pauimenti.
            - Muri. Antri. Statuę.
            - Apri capitis. Hominis. Elephanti.
          - Impingendo, Feriendo. Ictu necati
            - Rami. Manus, Condyli. Clauæ.
            - Fuſtis. Diſci.
            - Pyri. Stiriæ.
            - Teſtudinis marinæ.
            - Lapidis. Teſtæ. Tegulæ.
          - Diuidendo, Secādo, Vulnerando
            - Excoriando.
            - Mutilando.
            - Laniando, Diſcerpendo, Diſſecando. Laniati ab
              - Hominib.
              - Belluis.
              - Arborib.
        - Fluidam
          - Replendo. Repletione mortui.
          - Inaniendo. Inanitione mortui.
        - Spirituoſam, Reſoluendo. Spirituum reſolutione mortui.
      - Formaliter. Vide in ſequentibus ſignum V.
  - Patientis, quod perfert. Vide in ſequentibus ſignum VII.

II. Au-

Digitized by Google

**II. Auctores mortis**

- Angeli. Ab ANGELIS, DAEMONIBVS, *rapti, auecti, interfecti.*
- Homines, *cōſiderati reſpectu*
  - Voluntatis. A
    - Scientibus, *Volentibus.*
    - Nolentibus, *neſcientibus, imprudentibus interfecti.*
  - Conſilij. *Cur. uel cauſa*
    - Vindictæ.
    - Auaritiæ.
    - Ambitionis. Amoris.
  - Modi. *Vel*
    - Vi *aperta.*
    - Odio, *fraude. Ab inſidiatoribus, ſicariis caſi.*
  - Habitus. *Interfecti à*
    - Stultis.
    - Ebriis.
    - Latronibus, *Sicariis.*
  - Officij, *Profeſſionis. Occiſi à*
    - Monachis, *Sacerdotibus.*
    - Medicis. Nauiculariis.
    - Seruis. Cubiculariis.
    - Armigeris. Satellitibus.
    - Militibus. Stabulariis. Ruſticis.
  - Sexus: *à*
    - Viris.
    - Mulieribus, *Virginibus.*
  - Ætatis: *à*
    - Pueris.
    - Senibus.
  - Amicitiæ: *à*
    - Populo, *Ciuium multitudine.*
    - Parentibus. Liberis.
    - Fratribus. Nepotibus.
    - Generis. Affinibus.
    - Cognatis. Coniugibus.
    - Amaſiis. Amicis. Hoſtibus.
  - Conditionis: *à*
    - Principibus.
      - Diſpares *à diſparibus interfecti.*
      - Pares. *Reges à regibus.*
    - Subditis. Dominis.
    - Seruis. Captiuis.
  - Veſtitus. *Vt à Perſonatis, laruatis.*
- Bruta. A BRVTIS *necati tum in*
  - Genere
    - Fortuitò.
    - Conſultò. *Ad beſtias damnati.*
  - Specie *ut ab*
    - Animalibus
      - Volatilibus. Auibus.
      - Aquatilibus
        - Piſcibus, *Belluis marinis.*
        - Hirundinibus.
      - Terreſtribus: *à*
        - Leonibus, *Leopardis, Lupis, Apris, Vrſis, Ceruis, Elephantibus.*
        - Equis, *uel*
          - Præcipitati.
          - Alliſi.
          - Conculcati.
          - Diſtracti.
          - Deuorati
        - Bobus, *Tauris, Capris.*
        - Canibus
          - Laniati.
          - Demorſi. *Morſu canum mortui.*
        - Muribus. Muſtelis.
        - Serpentibus. Scorpionibus.
        - Gorgonibus.
    - Inſectis: *ut*
      - Araneis.
      - Apibus.
      - Muſcis.
      - Pediculis.



Digitized by Google

- **III. Organa mortis conſiderata, ut ſunt**
  - Extra *corpus.* MORTIS *inſtrumẽta, quatenus extra corpus conſiſtunt, conſiderata tãquam*
    - Subſtan*tiæ quædã tales exiſtentes*
      - Natu*ra. Vt puta*
        - Fulmen.
        - Ignis. *Igne exuſti*
          - Montis. Antri, *Speluncæ.*
          - Vrbis. Arcis, *Turris.*
          - Templi. Regiæ. Domus.
          - Horrei. Fornacis. Nauium.
          - Veſtium. Rogi, *Pyræ.*
          - Tauri *ænei.* Peluis. Sartaginis.
          - Craticulæ. Metalli *liquidi.*
        - Aer. Ventus.
        - Aqua. Vinum.
        - Oleum. Pix.
        - Terra. *Terræ*
          - Hiatu *abſorpti.*
          - Motu *oppreſſi.*
          - Iniectione *ſuffocati.*
        - Arena. Saxum, *Lapis.*
        - Arborum
          - Ruina *oppreſſi.*
          - Inflexu *diſcerpti.*
        - Calami.
      - Voluntate *& arte humana, uel tãquam*
        - Inſtru*menta*
          - Belli*ca, quæ agunt*
            - Procul. *Vt*
              - Funda. Sagitta.
              - Telum. Iaculum.
              - Bombarda.
            - Cominus
              - Gladius. Pugio.
              - Lancea. Haſta.
              - Fuſtis.
          - Scriptoria, *Stylus graphiarius.*
          - Coquinaria, *Culter.*
          - Molitorum, *Rota.*
          - Aurigarum, *Rota.*
          - Nautica, *Nauis.*
          - Ruſtica, *Falx, Aratrum, Flagella tritoria.*
          - Paſtoritia, *Stimuli.*
          - Fabrilia, *Aſcia, Serra, Forceps, Clauus.*
          - Medica, *Nouacula, Phlebotomus, Pharmacum, Hirudo. Clyſter.*
          - Sutoria, *Acus.*
          - Luſoria, *Diſcus.*
          - Tortoria, *Carnificum: ut Spinæ, Tribuli, Flagella, Rota, Securis, Gladius, Veru, Æneus taurus, Laqueus, Tormenta, Fidiculæ, Culeus, Crux, Palus.*
          - Oeconomica, *Supellex: Lucerna, Scabellum.*
          - Veſtiaria, *Fibulæ.*
        - Ornamenta: *ut*
          - Statuæ.
          - Zona.
          - Diadema.
    - Accidẽtia *quædam. Qualis eſt*
      - Species *uiſibilis. Aſpectus.*
      - Sonus. Odor.
      - Tactilis *qualitas*
        - Æſtus.
        - Frigus.
  - In *corpore.* MORTIS *inſtrumenta, quatenus in corpore exiſtunt cõſiderata, uel tanquam*
    - Subſtã*tia*
      - Vaporoſa. *Spiritus.*
      - Fluida
        - Chylus.
        - Humor. *Vtpote*
          - Bilis.
          - Pituita.
          - Aqua. *In*
            - Toto. *Hydrope, Leucophlegmãtia mortui.*
            - Parte
              - Capitis, *Hydrocephala.*
              - Pulmonis.
      - Solida. *Vt*
        - Fœtus.
        - Calculus
          - Cerebri.
          - Hepatis.
          - Fellis.
          - Renum.
    - Accidentia. *Vide in ſequentibus ſignum* IV.

IV. ACTIO-

Digitized by Google

**IV. ACTIONES & *Paßiones conſpicuæ potiſſimum in***

- Animo, *tum*
  - Anima*les, ut*
    - Genere.
      - Somnus.
      - Vigilia.
    - Specie.
      - Studium *uehemens.*
      - Senſatio.
        - Vehemens.
        - Triſtis, *Dolor.*
  - Vitales, *Perturbationes ſcilicet ut*
    - Amor. Gaudium. Ira.
    - Triſtitia. *Ob mala*
      - Animi. *Ob Ignorantiam.*
      - Corporis. *Ob*
        - Morbum *proprium.*
        - Excæcationem *aliorum.*
      - Fortu*næ, tum*
        - Sua. *Ob*
          - Opum *iacturam.*
          - Cladem *bellicam.*
          - Vrbem
            - Non *expugnatam.*
            - Vaſtatam.
            - Amiſſam.
          - Accuſationem.
          - Damnationem. Exilium *indictum.*
          - Captiuitatem.
          - Dignitatem, *Magiſtratus.*
            - Repulſam.
            - Amiſsioné, *Deiectionem.*
          - Regni.
            - Æmulationem.
            - Amiſsionem.
          - Legationem *irritam.*
        - Aliorũ. *Ob*
          - Coniugum.
            - Improbitatem.
            - Alienationem, *Repudium.*
            - Mortem.
          - Liberorum.
            - Improbitatem, *Scelus.*
            - Captiuitatem.
            - Mortem.
          - Generis *interitum.* Generi *mortem.*
          - Sociorum *perfidiam, deſertionem, ignauiam.*
    - Metus. Inuidia.
    - Riſus. Lacrymæ.
- Corpo*re. Vt eſt*
  - Motus, *tum*
    - Loca*lis. Vt*
      - Labor.
        - Pugnæ. Venationis.
        - Curſus. Pilæ.
        - Itineris.
      - Circumrotatio.
      - Caſus *ex alto. Hic*
        - Vnde. *Ex*
          - Loco *quouis edito.*
          - Monte, *Saxo.*
          - Arce. Turri.
          - Carcere. Ponte.
          - Domo, *Tecto, Feneſtra.*
          - Scala, *Gradibus.*
          - Sella, *Throno.*
          - Equo *præcipitati, excußi.*
        - Quò. *In*
          - Foueam, *Hiatum.*
          - Aquam, *Flumen, Mare, Puteum.*
          - Pauimentum.
    - Vocalis, *Clamor.*
  - Quies, *Deſidia.* Ætas, *Senectus.*
  - Venus. Balnea.
  - Alimentũ. *Mortui*
    - Cibo. *Vſu ſcilicet*
      - Pullorum. Caſei. Fructuum.
      - Melopeponum. Fragorum. Fungorum.
      - Raparum. Allij. Piſcium.
    - Potu.
      - Vini.
      - Aquæ.
  - Pharmacum.



Digitized by Google

- V. Formaliter *agens inſtrumentum conſideratur*
  - Generatim, *quatenus corrumpit naturã humanam, uel manifeſta uel occulta qualitate cõtrariũ illi* VENENVM *dicitur. Perpendamus*
    - Rem *ipſam cõſideratam reſpectu*
      - Materię. Qu*æ*. *Interemti*
        - Aquaſtygia. Hydrargyro. Gemma.
        - Gypſo.
        - Cicuta.
        - Opio.
        - Aconito.
        - Porri *ſucco.* Fungis.
        - Cantharidibus.
        - Lepore *marino.*
        - Sanguine *taurino.*
      - Formæ. Quomodo:
        - Oblatu
          - Cibi.
          - Potus.
          - Pharmaci.
          - Euchariſtiæ.
        - Illitu, *contactu quocunque.*
      - Acquiſitionis. *Vnde petitum. Geſtatum in*
        - Anulo.
        - Calamo.
      - Effectꝰ, *quòd uel*
        - Citò.
        - Lentè *agit.*
    - Perſonas. *Tum*
      - Qui *ueneno extincti:*
        - Prophetæ.
        - Pontifices.
        - Cardinales.
        - Reges.
        - Imperatores, *Principes.*
        - Legati.
        - Philoſophi.
        - Milites.
        - Sontes.
      - A quo. *Vel conſultò uel inconſultò, à*
        - Seipſo.
        - Aliis
          - Pontificibus.
          - Carnificibus.
          - Medicis.
          - Præceptoribus.
          - Eunuchis.
          - Parentibus.
          - Nouerca.
          - Socru.
          - Filiis.
          - Fratribus.
          - Marito.
          - Vxore.
      - Cur. *Cauſa*
        - Amoris.
        - Liberæ *reprehenſionis.*
        - Vindictæ.
        - Vitæ *tædij.*
        - Morbi *fugæ.*
        - Regni.
        - Hæreditatis.
        - Sceleris *conſcij.*
        - Sceleris *tegendi.*
        - Antidoti *explorandæ.*
  - Speciatim, *quoniã Calorem uitæ fontem uel*
    - Suffocat. SVFFOCATIO *fit uel ſpiritus*
      - Motu *& commeatu libero intrò foràs intercepto, & uel*
        - Simpliciter, *Anhelitu retento.*
        - Cum *inſtrumento aliquo, impediente uias animæ. Vide in ſequẽtibus ſignum* VI.
      - Temperie *alterata. Æſtu ſuffocati.*
    - Extinguit. EXTINCTIONE *caloris per frigus necati. Frigore enecti.*

VI. In-

**VI. Inſtrumento** *animæ uias impediēte mors infertur uel*

- Interius: *eoq; uel*
  - Aduentitio, *tum*
    - Inanimato. *Necati*
      - Catarrho. Fumo. Vapore.
      - Aqua *cōſiderata reſpectu*
        - Efficientis. *à*
          - Seipſis
            - Saltu *ſpontaneo.*
            - Caſu *fortuito.*
          - Aliis
            - Demerſione.
            - Præcipitatione, *impulſu.*
        - Inſtrumenti. *Aquæ*
          - Infuſione.
          - Illuuione, *inundatione.*
        - Modi
          - Tranſitu.
          - Natatione.
          - Naufragio.
        - Loci. *In*
          - Mari.
          - Flumine.
          - Puteo. Balneo.
      - Glacie. Niue.
      - Cœno, *Luto.* Fimo.
      - Terra. Viui *ſepulti.*
      - Arena, *Puluere.*
      - Bolo, *Buccella faucibus hærente.*
      - Cibo.
      - Potu
        - Vino.
        - Taurino *ſanguine.*
      - Sudario, *Spongia.*
      - Spina. Ficu. Pyro. Pilo.
    - Animato. *Vt eſt*
      - Muſca.
      - Piſcis.
  - Connato. *Puta*
    - Aruina, *Pinguedine.*
    - Caruncula.
- Exterius, *tum*
  - Conſtringendo. *Suffocati*
    - Laqueo. *Ratio hîc habenda*
      - Qui
        - Reges, *Principes.*
        - Conſules.
        - Legati.
        - Philoſophi. Poetæ.
        - Pictores. Virgines.
      - A quibus: *à*
        - Seipſis.
        - Aliis.
      - Quomodo. *Laqueo*
        - Propriè.
        - Impropriè. *Puta*
          - Diademate.
          - Faſcia.
          - Neruo *arcus.*
          - Velo *nautico.*
          - Torque *metallico.*
      - Vbi
        - Ex *arbore.*
        - E' uite.
        - In *cubiculo.*
        - In *carcere.*
        - Ante *portam.*
      - Cur. *Cauſa*
        - Pietatis, *Martyres.*
        - Sceleris.
        - Repulſæ.
        - Infamiæ.
        - Stupri *uitandi.*
        - Mortis *nuncij.*
    - Scutis, *Armis.*
    - Preſſura.
  - Obſtruendo
    - Puluino.
    - Veſte.



Digitized by Google

- VII. Patiens, *quod mortē perfert, conſiderata læſione quā perfert, & per quā è medio tollitur, differentias mortis exhibiti tum*
  - Eſſentialiter, *ſecundùm*
    - Materiam, *ſiue Subiectum.* Mors *reſpectu Partium affectarum Materialiter conſideratarum tum*
      - Hiſtoricè, *ut diuiditur Corpus in*
        - Ventres tres
          - Superiorem. *Mortui affectu* CAPITIS
            - Totius. *Vt puta*
              - Amputatione.
              - Alliſione.
              - Dolore.
              - Vulnere.
              - Tumore.
              - Vlcere.
            - Partis
              - Summi *capitis*.
              - Aurium.
              - Oculorum.
              - Linguæ.
              - Faucium.
          - Mediū
            - Continētē. *Mortui affectu*
              - Mamillarum.
              - Coſtarum, *ut* Fractura.
              - Membranæ *ſuccingētis.* Pleuritide.
            - Contentū. *Affectu*
              - Cordis.
              - Pulmonis
                - Vlcere.
                - Symphyſi.
                - Hydrope.
          - Infimum
            - Continentem
              - Abdominis.
              - Lumborum.
            - Contentū. *Mortui*
              - Stomachi
                - Imbecillitate.
                - Cruditate.
                - Dolore.
                - Vulnere.
              - Inteſtinorum
                - Colico *dolore.*
                - Iliaco *dolore, Volulo.*
                - Vlcere, *Dyſenteria.*
              - Hepatis.
              - Lienis.
              - Renum
                - Calculo.
                - Exulceratione.
              - Veſicæ.
              - Vteri.
              - Pudendorum.
        - Artus. *Mortui affectu*
          - Brachiorum, *Manus, Digiti*
            - Fractura.
            - Vulnere.
            - Amputatione.
          - Femoris, *Pedis*
            - Vlcere.
            - Dolore.
            - Offenſione.
            - Fractura.
      - Logicè, *ut homogeneæ ſunt. Affectibus mortui*
        - Oſsium, *Articulorum*
          - Dolore.
          - Luxatione.
        - Neruorum
          - Reſolutione.
          - Conuulſione.
        - Muſculorum.
        - Cutis. *Excoriati.*
    - Formam *membri morbo affecti.* Vide *ſignum* VIII.
  - Accidentaliter. *Vide in ſequentibus ſignum* IX.



Digitized by Google

VIII. **Mors** *reſpectu Partium affectarum* Formaliter *conſideratarum, ratione*

- *Eſſentiæ. Mortui uitio*
  - Intēperiei
    - Manifeſtæ: *ut* Febre.
    - Occultę *& peſtilentis.*
  - Compoſitionis, *quo ad*
    - Magnitudinem.
    - Situm.
  - Vnitatis. *Puta*
    - Vulnerib. *cōſideratis reſpectu*
      - Subiecti, *uel*
        - Totius.
        - Partis.
      - Efficientis.
      - Inſtrumenti.
      - Modi. *Tum*
        - Magnitudinis. *Vulnere*
          - Leui.
          - Graui.
        - Multitudinis. *Confecti*
          - Vno.
          - Multis.
    - Vlceribꝰ. *Vt eſt*
      - Phthiriaſis.
      - Elephantiaſis.
      - Gallicus.
      - Carbunculus.
      - Herpes, *Vlcus depaſcens.*
    - Contuſionibus. *Compreſſione.*
    - Fracturis. Luxationibus.
    - Mutilationibus.
- Symptomatis *ſui, ſiue actiuum illud ſit, ſiue paſſiuum, facultatis tum*
  - Animalis. *Mortui ex ſymptomate facultatis animalis: utputa*
    - Inſania, *Furore, Mania, Phrenitide.*
    - Apoplexia, *Paralyſi, Lethargo, Catocho, Catalepſi.*
    - Epilepſia.
    - Dolore *uario.*
  - Vitalis. *Mortui ex facultatis uitalis ſymptomatibus, tum*
    - Caloris *extinctione.*
    - Perturbationum *uehementia.*
  - Naturalis. *Mortui ex ſymptomate facultatis naturalis conſeruatricis*
    - Indiuidui *tum*
      - Principis: *Nutricis, Auctricis.* Ex *Tabe, Ematiatione totius.*
      - Famulantis
        - Concoctricis. *Ex*
          - Repletione, *Crapula, Cruditate, Ebrietate mortui.*
          - Inanitione
            - Cibi, *Fame.*
            - Potus, *Siti.*
        - Retentricis. *Retentione euacuationis*
          - Naturalis, *Vrinæ, Seminis, Menſtruorum, Hæmorrhoidum.*
          - Præter *naturam: utputa*
            - Vlceris.
            - Alui.
        - Attractricis.
        - Expultricis, *tum reſpectu*
          - Loci *per*
            - Superiora. *Mortui*
              - Vomitu *ſtercoris, cibi, ſanguinis.*
              - Catarrhi *defluxu.*
            - Inferiora. *Mortui fluore*
              - Vrinæ.
              - Alui.
              - Hæmorrhoidū.
              - Menſtruorum.
          - Materiæ. *Mortui ſanguinis fluxu quocunque.*
    - Speciei.



Digitized by Google

- IX. Accidentaliter conſiderando læſionẽ perpendendum
  - Quis. QVI MORTVI, quo ad
    - Ætatem
      - In primis annis extincti.
      - In extrema ſenecta mortui.
    - Sexum.
    - Habitum: ut
      - Philoſophi. Magi. Hæretici.
      - Fortes. Probi. Improbi.
      - Formoſi. Deformes.
    - Dignitatem: Reges.
    - Veſtitum:
      - Perſonati.
      - Nudi.
    - Functionem, Paſsionemue, ratione
      - Habitus
        - Animi. Immortui
          - Crapulæ, Ebrietati. Adulterio.
          - Raptui. Exercitationi. Vindictæ.
          - Ludo. Salutationi, Congratulationi.
          - Cultui diuino.
          - Baptiſmi ſuſceptioni.
          - Contemtui religionis, Impietati.
        - Corporis. Immortui
          - Conuiuio. Egeſtioni. Coitui, Veneri.
          - Tonſuræ. Lotioni.
          - Veſtitui. Phlebotomiæ.
          - Deambulationi. Fugæ.
          - Peregrinationi. Somno.
        - Fortunæ:
          - Captiuitati.
          - Exilio. Victoriæ.
      - Functionum. Immortui
        - Occupationibus
          - Literariis
            - Scriptioni.
            - Diſputationi.
          - Mechanicis
            - Medicationi.
            - Venationi.
          - Politicis tum
            - Pacis
              - Actioni forenſi.
              - Magiſtratui
                - Petendo.
                - Suſcipiendo.
                - Obeundo.
              - Legationibus.
            - Belli
              - Meditationi, Conſilio, Apparatui.
              - Expeditioni.
              - Obſidioni.
              - Conflictui. Pugnæ.
          - Oeconomicis
            - Viſitationi ægrorum.
            - Nuptiarũ
              - Apparatui.
              - Feſto.
        - Otio, quieti, remiſsioni.
  - Cum quibus. Homines cum
    - Hominibus reſpectu
      - Numeri. Et uel
        - Pauci ſimul.
        - Multi ſimul. CLADES, Strages magnæ, ex
          - Morbo, Peſtilentia.
          - Naufragio. Inundatione.
          - Submerſione. Incendio.
          - Prælio
            - Terreſtri.
            - Nauali.
          - Inſidiis. Ruina. Suſpendio.
      - Dignitatis, Conditionis. QVALES cum qualibus. Puta
        - Reges cum regibus.
        - Domini cum ſeruis.
    - Brutis.
  - Qualis, Quomodo affectus moriatur. Conſideratus
    - Per ſe, quo ad
      - Cognitionẽ. Qui mortem
        - Præuiderunt.
        - Non præuiderunt. Mors ſubita, repentina.
      - Electionẽ. Mortis optio
        - Data.
        - Erepta.
      - Perpeſsionẽ, ſecũdum
        - Voluntatem
          - Libenter.
          - Inuiti.
        - Viſionem.
        - Perturbationẽ. Motui conſcientiæ
          - Placida.
          - Turbata.
    - Reſpectu aliorum: ut
      - Dei
        - Religioſa
          - Chriſtianorum.
          - Ethnicorum.
        - Irreligioſa, Impia.
      - Hominum
        - Admonendo.
        - Remittendo.
        - Vlciſcendo.

X. Quæ

Digitized by Google

**X.** Quæ Cadaueri accidunt, inter corporis bona maláue, rudi minerua recenſeri poſſunt, quæ per ſe alioqui ad alios locos commodius referri deberent. Cadauer igitur conſideratur uel

- Per ſe. Vide in ſequentibus ſignum XI.
- Reſpectu Curæ, quæ illi ab aliis impẽditur. Aut enim Cadauera
  - Non apparent, ut nulla illis cura poßit impendi amplius. CADAVERA non inuenta. Cadauera, quæ diſparuere,
    - Verè.
    - Fabuloſè.
  - Apparẽt, & curæ alienæ reſpectu conſiderantur quo ad
    - Λῆψιν. CADAVERVM λῆψις
      - Obita. Cadauera
        - Collecta, Quæſita. Purgata, Lota, Vncta.
        - Redemta.
        - Deportata è loco mortis ad ſepulturam.
        - Translata è ſepulcro in ſepulcrum.
      - Neglecta. CADAVERA non collecta, non quæſita, non curata.
    - Φυλακήν. CADAVERA
      - Cõſeruata CADAVERVM conſeruatorum conſideratio tum
        - Quid. Vel
          - Totum.
          - Pars.
        - A quibus. Ab
          - Hominibus.
          - Brutis.
        - Cum quibus.
          - Comitibus.
          - Muneribus. Pecunia.
          - Libris.
          - Epiſtolis.
        - Quomodo. Quo
          - Inſtrumento. Vel
            - Abſq; igne cõdita
              - Gypſo.
              - Myrrha, Aromatibus, Vnguento.
              - Melle. Foliis.
            - Igni abſumta. Mortui combuſti.
          - Habitu. Situ.
        - Vbi.
          - Vniuerſalis ut Locus
            - Per ſe. Nempe
              - Terra in genere.
              - Montes.
              - Speluncæ. Inſulæ.
              - Lapidum aceruus.
              - Nix, Glacies.
              - Fimus, Sterquilinium.
              - Litus.
              - Alueus fluminis.
              - Arbor.
              - Columna.
              - Vrbs, Domus.
              - Ager, Rus.
              - Templum.
              - Cella uinaria.
            - Reſpectu perſonarum
              - Regum.
              - Militum.
              - Plebeiorum.
              - Seruorum.
              - Chriſtianorum.
              - Iudæorum.
          - Particularis, ut Vas. Cuiuſmodi ſunt
            - Sepulcra. Quæ quorũ
              - Fuerint.
              - Nõ fuerint.
            - Loculi, Vrnæ.
        - Cur. Vt puta cauſa
          - Neceſsitatis.
          - Honoris.
      - NON CONSERVATA
        - Quomodo:
          - Abiecta in
            - Aquam.
            - Solitudinem.
          - Refoſſa.
          - Cõſumta
            - Igni.
            - Dentibus
              - Hominum.
              - Ferarum.
        - Cur:
          - Ignominioſè.
          - Abſque ignominia.

XI. Per

Digitized by Google

- **XI.** *Per ſe conſideratur, Cadauer quatenus illi ineſt aliquid tanquam*
  - Functio. *Aut enim Vitam*
    - Recipit *rurſus*. MORTVI *reſuſcitati.*
    - Non *recipit, niſi quòd reſpectu facultatum animæ, quæ uel ſtatim pereunt, uel etiam poſt mortem aliquatenus manere uidentur, quædam obſeruanda ueniunt:* VITAE *ſcilicet ueſtigia in cadauere mortuo ſecundùm facultatem*
      - Animalem *tum*
        - Motiuá. *Quia*
          - Loquuntur.
          - Scribunt.
          - Orantis *geſtum præ ſe ferunt.*
          - Stant.
          - Mouentur.
        - Senſitiuam. CADAVERVM *ſenſus.*
      - Vitalem.
      - Naturalem
        - Auctricem.
        - Conſeruatricem. CADAVERA *quæ*
          - Diu *integra & incorrupta permanſere.*
          - Statim *corrumpuntur, abſumuntur.*
  - Nota *quædam*. CADAVERI *notæ impreſſæ.*

# Voluminis Secundi Liber VII.

## De MORTE eiuſque Accidentibus.

### TRANSFORMATIO HOMINVM IN QVASVIS ALIAS RES.

*Cùm uita humana in corporis & animæ humanæ coniunctione poſita, per functiones ſimiles ſeſe exerat: ſi quando corpus non diſſolutum in elementa, ſed in alia corpora transformatum, ad animæ humanæ exercitia ineptum redditur, mortis quandam ſpeciem repræſentare uidetur, ſed diuerſæ ab ea, de qua in ſequentibus, quæ corruptionem corporis, hoc eſt, diſſolutionem in ſua principia præſupponit. Eoq; conſilio hîc de Metamorphoſi Hominis tanquam entis perfectioris in minus perfecta agere uoluimus, ſub loco Mortis: uti Metamorphoſeos entium imperfectorum in hominem ſub loco Ortus egimus. Nudam alioqui mutatæ formæ conſiderationem ſuperius etiam libro Secundo inſtituimus.*

#### IN ANIMALIA BRVTA. PVTA in *Aues.*

Daulide urbe Phocidis TEREO filium epulandum appoſuiſſe feminę dicuntur, quod fuit pollutarum menſarum hominibus exordium. In upupā mutatus dicitur Tereus, Progne uxor in hirundinem, Philomela ſoror in luſciniam. Dignum illud admiratione, quòd intra huius terræ fines, hirundines neq; pariūt, neq; ex ouis pullos excludunt, nec omnino tectorum laquearibus ullos affigunt nidos. De Philomela uerò Phocenſes dicunt, etiam auem factam, Terei perculſam terrore, extra eius patriæ fines euolaſſe. Pauſanias in Phocicis. Vide Tit. Inceſtus cum ſorore uxoris.

POLYPHONTE Martis & Terduæ filia, ex urſo grauida, duos filios robuſtiſſimos peperit, Agrium & Oreium: qui cùm deorū hominumq; contemtores eſſent, à Ioue Mercurius miſſus eſt, ut eos interficeret. At Martis beneficio in aues mater cum filiis conuerſa fuit: mater in ſtygem nocturnam auem, Oreius in leporem ſemper mali ominis auem, Agrius in uulturem. Ant. Liberalis ex Bœi Ornithog.

Moloſſorum rex fuit Munichus, Dryantis F. uates egregius, idemq; uir iuſtus. Is è Lelāta filios habuit, ALCANDRVM, qui uaticinio patri præſtabat: MEGALETOREM, PHILÆVM, filiamq; HYPERIPPAM. Eos omnes ob probitatem dij dilexerunt. Quadam nocte eos latrones ſubitò in agris circumuenerunt: cumq; pugnæ impares de turribus ſe defenderent, ignemq; latrones domibus iniicerent: Iupiter habita eorum pietatis ratione, miſerrima morte perire non eſt paſſus, ſed in aues tranſmutauit. Et Hyperippa quidem, quoniam ignem fugiens, aquam ſubiit, facta eſt fulica. Cæteri ex igne euolarunt. Munichus buteo, Alcander orchilus factus: Megaletor & Philæus, quòd ignem fugientes per parietem ad terram ſe demiſiſſent, in exiguas auiculas abierunt: hic in eam, quæ canis dicitur, ille in ichneumonem: mater in piponem, quæ culices muliones legit. Cum hac bellum eſt aquilæ & erodio, quorum oua confringit, dū quercum cædit propter culices. Viuuntq; unà reliqui in ſyluis & latebris, fulica ad lacus & mare obuerſante. Anton. Liberalis ex lib. 2. Nicandri Alteratorum.

AESACVS Priami filius, ęgrè ferens Heſperiam puellam (quā fugientem inſequebatur) morſu colubri in herba latentis fuiſſe interfectam, in aquas ſe demiſit: mutatus poſtea in mergum, ut poetæ fabulantur. Ouid. lib. 12. Metamorph.

Ceyx Alcyones maritus, ad oráculum nauigans, naufragium fecit, & obrutus eſt aquis. Quod indignanter ferens ALCYONE, mortem mariti ſecuta, in mare ſe deturbauit, & in auem ſui nominis mutata eſt. Ouid.

ALCYO-

Digitized by Google